



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiasticorum Vita, Moribus, Officiis Libri Tres

Schevichavius, Gisbertus

Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.

Cap. XXXII. Sancti Ad Monvmenta Sva sæpius præsentēs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42349

§. Videant quo impietatis gradu Dæmonibus Sacras reliquias reuerentibus sint, vel inferiores, vel æquales, vel superiores, Eunomiani, Vigilantiani aut potius Dormitantiani, imo vt magis de antiquitate suæ perfidiæ glorientur, Manichæi & Marcionistæ, quos idem verustissimus Scriptor Magnetes citato libro prædicasse affirmat corpora martyrum esse in abominatione. Et eorum asseclæ Lutherani, & potissimum Calvinistæ, qui eas detestantur, & exurunt: Catholici etiā ac nonnulli Ecclesiastici, qui subinde nō maiori reuerentia & pietate coram illis versantur, quam coram vulgariū hominum sepulchris.

CAP. XXXII.

SANCTI AD MŌNŪMENTA SVÅ
sapius præsentēs.

*Sancti non
raro suis
præsentēs
sunt reli-
quiis:*

§. Vid quod & ipsimet Sancti non raro suis præsentēs sunt reliquijs? Christus Dominus iuxta sepulchrum suum Magdalenæ visus, Ioannis 20. S. Paulus intra Linum & Lucam ad suum sepulchrum apparuit nobilibus viris è domo Neronis conuersis S. Agnes virginum stipata choro parentibus ad ejus monumentum precantibus se conspiciendam præbuit. Similiter allocuta est ibidem Constantiam Constini M. filiam Ambr. serm. 91. Breu. Rom. Eandem veritatem, suis quod conditorijs Beati adfint animi, confirmat S. Paulinus Nolanus Episcopus in Natal. sexto de S. Felice Nolano Presbytero & Martyre, dum canit:

*Præsides ipse suis sacer ossibus: ossaq; sancti
Corporis in tumulo non obsita puluere mortis,
Arcano æterna, sed prædita semine vita.
Viuificum spirant animæ victricis odorem.*

De quo & breuiter S. August. epist. 137. ad Clerum & pop. Hipponensem. Multis notissima est Sanctitas loci, vbi
beatis

beati Felicii Nolensis corpus conditum est. Sanctæ Lucie yna cum Matre Eulalia, quæ sanguinis fluxu laborabat Catenæ ad corpus S. Agathæ pro Matris sanitate deprecanti apparuit S. Agatha dixitque: *Soror mea Lucia Virgo Deo deuota, quid à me petis, quod ipsa poteris prestare continuo Matri tuæ?* quæ cum ei sanitatem postulasset intercessione S. Agathæ mox impetrauit. Vide vitam ejus apud Surium

CAPVT XXXIII.

MIRACULA SANCTORVM VIRTV-

tem & apud S. Reliquias præsentiam testantur.

§. **N**Eque refert quod vel ibi non integra corpora Sanctorum conferuentur, vel partes aliquæ potiores; cum S. Greg. Nazianz. in Julianum Imperatorem inuectus oratione 1. declaret etiam minimam particulam tantum valere, quantum integrum corpus; & corpus, quantum viuentem integrum Sanctum. Verba illius de S. Martyribus contra illum perfidum Christianæ fidei desertorem disputantis sunt *S. Reliquiis illa: Non victimas pro Christo casus reueritus es? nec magnos demones expugiles extimuiſti? à quibus Demones propelluntur, & morbi terminantur, quorum apparitiones & prædictiones, quorum vel tur, morbi sola corpora possunt, quod anima Sancta, siue manibus contresanantur. Etentur, siue honorentur, quorum vel sole sanguinis gutta, atq; exigua passionis signa idem possunt quod corpora?*

S. Reliquiarum particula instar totius corporis.

§. Quam piam veramq; S. Greg. Nazianz. sententiam clarissimis argumentis testatissimam fecit Deus. monumentum B. Greg. l. 1. dialog. c. 4. in fine de Sepulchro S. Equitij. tum non re Valeria prouinciam, ait, intransibus Longobardis ex monasterio Reuerendissimi viri Equitij in prædicto oratorio ad sepulchrum eius Monachi fugerunt. Cumq; Longobardi seuiſſentes demone occuorato-cupantur.